


Peter Hinckelmann Henricus Hamerus

**De Papismo Disputatio Anasceuastica Vigesima Secunda. Continens praecipuos
Romanae Synagogae errores refutatos, quos ea fovet in loco De Oratione Et
Invocatione**

Rostochii: Litteris Reusnerianis, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756813123>

Druck Freier  Zugang



P. Hinkelmann.

R. N. theol. 1607. 8.

- Continentes
- ① Joh. Caselius, de deo pmo et vco 1607
 - ② Joach. Hammingius, de communicatione majestatis 1607
 - ③ Joach. Fischerus, de peccato originali 1607
 - ④ Heid. Kirchovius, de substantia hominis 1607
 - ⑤ Joh. Redekerus, de discrimine legis ev. 1607
 - ⑥ Herm. Tectorius, de justificatione 1607
 - ⑦ Joach. Jordanius, de bonis operibus 1608
 - ⑧ Joan. Lutetius, de sacramentis 1608
 - ⑨ Joach. Hammingius, de sacramento coenae 1608
 - ⑩ Heid. Kirchovius, de sac. confirmationis 1608
 - ⑪ Joh. ab Huda, de traditionibus 1608
 - ⑫ Paul. Binius, de votis monachatu 1608
 - ⑬ Nic. Fridericus, de adiphoris 1608
 - ⑭ Heror. Hamerius, de oratione 1608
 - ⑮ Pet. Loft, de indulgentiis 1608
 - ⑯ Joh. Albinus, de morte 1608

1. 71

DE PAPISMO
DISPUTATIO ANASCEVASTICA
VIGESIMA SECVNDA.

*Continens præcipuos Romanæ Synagoga erro-
res refutatos, quos ea fovet in loco*

De

ORATIONE
ET INVOCATIONE.

*Reverende facultatis Theologica in Academiâ
Rostochiensis consensu:*

Moderatore & Doctore S. S. Spiritu:

Sub Præsidio

M. PETRI HINKELMANNI

Verbi Divini ministri:

ad privatam συζητησιν proposita,

ab

HENRICO HAMERO

Hufano Hofato

12. Cal. Maij Horis locog. solitis.

ROSTOCHII,

Litteris Reusnerianis An. 1608.





DISPUTATIO XXII.
DE ORATIONE ET
INVOCATIONE.

πρὸς λέγειν.

I.

Recipuis fermè totius Christianæ religionis superius explicatis capitibus, meritò ceu prædis antecedentium, proxime sequentem sibi locum vendicat, hæc nostra de Oratione & Invocatione disputatio. *Est enim ea, teste Augustino, clavis cæli, fidelis nuncius, mandatum peragens & penetrans, quò caro non per venit, locutio ad Deum: Imò prima & ultima vera pietatis Virtus, quâ sine totius Christianismi navis, inter tot æstuosi hujus mundi fluctus & scopulos, miserrimè oberrare cogitur.*

Serm. 226.
de temp.
In Psal. 85.
&c 65.

II. Nullum autem opus & exercitium piorum magis necessarium est quam Oratio, & nihil difficilius unquam quam rectè orare, quod ipsum Diabolus antiquus ille serpens varijs & ineffabilibus modis impedire molitur. Nam sicut omnibus Christianæ fidei Articulis, corruptelas errorum cumprimis & tetra impietatis plenissimas per instrumenta & Organa sua admiscuit; Sic & hunc locum per gregarios suos milites depravare, & in fœdissimos errorum labyrinthos traducere summis enititur viribus.

III. Sunt enim, qui vel omnino negligunt preces, vel pollutas imprecibus atcollunt manus: Sunt qui blasphemò & planè impio ore profiteri non verentur, ex ipsius DEI judicio maledictum esse, qui Christum secundum humanam naturam adoraverit. Sed his, hoc loco controversiam movere, instituti nostri ratio non paritur.

A 2

IV. Re-

IV. Reperiuntur & alij, non minus perniciosi, à suo Doctore Sathanâ instituti & edocti, qui pro Oratione habent, quod oratio non est, & Invocationes ad Divorum statuas, ut eò sint efficaciores, faciendas, mortuos sanctos, ut opitulatores, quos pro more in Gentilismo usitato, certis calamitatibus certos præficiunt, esse invocandos docent; Imò quod dictu horrendum, & sine ignominia preciosissimi meriti Salvatoris ac Mediatoris nostri unici, statui, credi, aut defendi nunquam potest: Christi satisfactioni, quâ solâ liberati salvatiq; sumus, intercessionibus & merita Sanctorum assuere, haudquaquam erubescunt.

V. Horum cum in exercitationum nostrarum Theologicarum blasphemam doctrinam solùm refutare decretum, nos eorundem etiam, in hoc loco, reliquis posthabitis, pestiferam hæresin discutendam suscipimus, & Divinâ auxiliante gratiâ, non persasorijs humana sapientiæ verbis, sed demonstratione spiritualis potentia convincemus. Quod ut eò faciliori viâ fiat, in duo potissimum capitula hanc nostram

1. Cor. 2. v. 4

I. De orationis præparatorijs.

II. De ejusdem requisitis, legibus & meritis.

CAPUT PRIMUM.

De Præparatorijs Orationis.

Primus Error.

Ioh. Molan. in comp. Theolog. pract. tract. 2. c. 9. Conc. 2. Cenf. Col. p. 26. & seq.

Ad certa facella, locaq; varia, item ad Divorum statuas & memorias concurrentum, illisq; preces fundendæ sunt, ut eò majoris efficaciam esse possint.

REFUTATIO.

I. Ut papicolarum hæc duobus præcipuè erroribus scatet assertio; sic bimembrem etiam flagitare videtur responsionem. Et primo quidem, invocantes ad certum aliquem locum, quasi illic Deus magis sit propitius, & citius ac facilius exaudiat quam alibi, remittunt. Quid quæso est Deum alligare ad causas secundas, si hoc non est? Quid est ex Deo omnipresenti locatum & Parcarum carcere clausum Numen fingere, si hoc non est?

II. Cum

II. Cum autem Deus sit liberrimum agens, non se patitur ad certa
facella, locaq; varia alligari, quo suo verbo se non alligavit. In vete-
ri quidem Testamento ^(a) Deus per Moſen & Aaronem, certum, quem
ſibi delegerat locum, populo aſſignari juſſit, quo ter quotannis conve-
niret, ſacrificia offerret, & ad tabernaculum & propitiatorium Iero-
ſolymis adoraret. Verum hanc ceremonialem, & tantum, ut ad cer-
tum aliquod tempus duraret, inſtitutam legem, velle ad Novi Testa-
menti ſtatuta transferre, iſq; quaſi anteferre, extremam inſcitiam,
imò ſtultitiam dixerim.

a) Exod. 23.
14.
Levit. 23. 4.
Deut. 16. 16.

III. Quid quod Chriſtus ipſe hanc papicolarum aſſertionem rejece-
rit & refutaverit ^(b), Samaritana, locum ubi adorare oporteat peten-
ti, reſpondendo: Mulier crede mihi, venit hora, quando neq; in mon-
te hoc, neq; Ieroſolymis adorabitis patrem: Sed venit hora, & nunc
eſt, quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu ac veritate.
Gentiumq; Doctor ^(c) vult viros in omni loco orare, tollentes puras
manus ſine irâ & diſceptatione.

b) Joh. 4. 19.
& ſeq.

c) 1. Tim. 2.
v. 8.

IV. Concludimus ergò, cum nullâ S. Codicis auctoritate, homines
in Invocando, ad certa loca ablegent Pontificij, purum putum eſſe
ſigmentum, humanis traditionibus invecum, quicquid de ſuis preci-
bus garriant & contra inferant, ideoq; meritò rejciendum & radici-
tus extirpandum.

V. Debent autem pij vel in cœtu Eccleſiæ publico, quod Apoſtoli
nos ſuo exemplo docent, vel domi ^(a) clauſis cubiculi januis, tum o-
mni ^(b) tempore, maxime vero in tentationibus ſemper orare ^(c) & non
ſegnere. Hac tantummodo diligenter adhibitâ cautelâ, ut cum
fide ^(d) & verâ fiduciâ exauditionis, Deum & patrem Domini noſtri
Ieſu Chriſti invocent & adorent. Unde & D. Auguſtinus ſcitè &
verè dixit: Quo ſupplicaturus Deo locum ſanctum & aprum requi-
ris? Interiora tua munda, & omni inde malâ cupiditate repulſâ,
præpara tibi in cordis tui pace ſecretum. Volens in templo orare, in te
ora, & ita age ſemper, ut Dei templum ſis, ibi enim Deus exaudit ubi
habitat.

a) Matt. 6. 6.
Pſal. 63. v. 7.
b) Luc. 21.
v. 36.
c) Luc. 18. 1.
1. Theſſ. 5.
v. 16.
d) Iac. 1. v. 6.
lib. de vera
Innocent. c.
303.

VI. His præmissis alteram illam variè à pontificiorum catervâ agitaram quæstionem aggrediamur, videlicet, Sintne preces ad Divorum statuas & memorias fundendæ? Respondemus, quod non; 1. quia, ut paulo ante demonstratum est, Deus hac ratione, contra manifestissima & luculentissima S. scripturæ dicta, Numen Stoicum efficeretur. 2. Quia è diametro primo Decalogi præcepto contrariatur, quo omnis, qui imaginibus, vel Christi vel Sanctorum exhibetur, cultus damnatur ac rejicitur. Ne feceris (inquit (c) Jehovah) tibi statuam, nec ullum simulachrum ejus, quod est in cælis supernè, nec quod est in terra subtus, nec quod in aquis est sub terrâ, non adorabis neq; Coles ea, quia ego Dominus Deus tuus. 3. Quibus accedit, quod pontificij necessariam religionis partem in imaginum præsentia constituent, cum tamen easdem in templis habere adiacere sit, & ornatus, memoria seu historie gratia, sine superstitione tolerantur, si autem non habeantur, nihil religioni & pietati decedat.

e) Exod. 20.
v. 4.
Deut. 5. v. 8.

De 'imagi-
nibus Sess.
25.

VII. Sed summâ se injuriâ affici, ad rabiem usq; papicolæ declamitant, quod, dum ad Divorum statuas procumbant, eos lignum & lapides adorare asseramus. Dicit enim Concilium Tridentinum; Imaginibus Sanctorum debitum honorem & venerationem imperitiendam esse, non quod credatur inesse in eis aliqua Divinitas vel virtus, propter quam sint colendæ; Sed quia honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ representant. Verum cum extra & contra S. scripturam Pontificij hanc suam ex meris humanis speculationibus constatam opinionem proferant, eadem facilitate, quâ asseritur, rejicitur. Sufficiat nobis inviolabile illud Dei præceptum, (a) quo cujuscunq; figuræ simulachrum, formam maris aut fæmine &c. nobis facere prohibemur.

a) Deut. 4. v.
15. & seq.

Petr. à Soto
in assert.
Cath. de ho-
ris canon.
Fab. Incar.
inferut. Sa-
cerd. part. 2.
tract. 3.

Secundus Error.

Sacerdotes religionem ingressi, Monachi, Moniales & Laici horas suas Canonicas, & preculas reliquas certo numero demurmurare, numerare & ponderare debent, ut pensum suum absolvant.

RE

REFUTATIO.

I. *Ut hoc suum Esavitæ Romanenses dogma defendere, nec non ab adversariorum, ut jaclitant, depravatione vindicare videantur, in S. scriptura fundatum dicunt. Nam in psalmo dicitur (a) septies in die laudem tibi dixi. Quasi verò Psalmista certum numerum laudis Dei, vel etiam cuiuspiam hac in re legem, suo exemplo statuere voluerit. O amentes Papicollæ, quisnam vos fascinavit, ut numerum hic finitum pro infinito coverendos poni ignoretis, ut sit, septies in die laudem tibi dixi, idem quod alibi dicitur (b), semper laus tua in ore meo.*

a) Psal. 119.
v. 164.

b) Ps. 34. 2

II. *Hoc verò asylo expulsi & in fugam coniecti, ad aliud propugnaculum confugiunt, exemplum Apostolorum arripientes, qui in Actis sub horam orationis novam in templum ascendisse dicuntur (c). Constat quidem Apostolos ad solitum tempus precum publicarum, quæ habebantur hora 2. pomeridiana, quæ nobis est tertia, ascendisse: Verum eosdem ibidem, sine mente, affectu & intellectu pio, preculas suas demurmurasse vel (ut rectius dicam) more papicolarum boasse, hoc affirmantibus incumbit probandum.*

c) Act. 3. v. 1

III. *Non autem dum horarum Canonicarum exercitium damnamus, simul lectionem Scripturæ, ardens invocationis seu precationis studium rejicimus, & sic omni impietati bipatentes valvas aperimus: Sed quibusvis diebus & horis indiscriminatim lectionem, meditationem, explicationem Scripturæ S. piam, utilem ac necessariam esse credimus, docemus, urgemus. Et licere cuilibet certum sibi tempus, quò commodius & absq; impedimento preces suas peragat, deligere, ex libertate Christianâ concedimus & statuimus, modo βατολογία, boatus & inanis horarum Canonicarum strepitus, carens intellectu, usus linguæ peregrinæ & incognitæ, non tantum miseris laicis, sed ipsis etiam interdum clericis, absit & evitetur. Non enim est alligata nec alliganda Oratio superstitiosè & meritorie ad certos dies & horas, sed in spiritu & veritate orandum (d).*

d) Ioh. 4 23

IV. *Egregie verò, sed minus recte Esavitæ Romanenses faciunt,*
dum

dum causam, cur preces certo numero demurmurandas, & ponderandas doceant, addunt, videlicet ut pensum absolvant. Quæ cum causa non sit, cur vera precatio instituatur, rectissimè, nec demurmurationem illam Romanensium precularum, vel orationem, vel invocationem dici posse, sed planè in peccatum converti, colligimus. Non enim orandum ut pensum absolvamus, sed ut credentes mandato & promissionibus Divinis, exaudiamur. Nec tam numeranda, quam pio cordis affectu ponderanda, non tam demurmuranda quam in nomine solius Jesu Christi recitanda sunt verba precum, si certi aliquid petere & acceptum ferre velimus.

Tertius Error.

Lutherani sine omni devotione orant; Quia non raro & auditores & Doctores, in Litanij precibusq; publicis stare, nec in genua procidere, in eorum cætib; conspiciuntur.

Apostata
& alij.

REFUTATIO.

I. Antequam de Orationis gestu dicamus, breviter devotionis doctrinam perstringere necessum habemus. Verè pia devotio est, quam Spiritus S. per verbum DEI explicatum & intellectum in corde hominis ad veram fidem & ardentem dilectionem in Dominum

Rom. 10. 17. Deum nostrum excitat fovet, auget & conservat. Fides enim ex auditu, auditus autem per verbum.

a) Thom. 1.

2. q. 82. II. Cum vero expressè (a) papicole, Devotionem spiritualem consolationem esse negent; sed solum voluntatem quandam, promptè tradendi se, ad ea quæ pertinent ad DEI famulatum, appellent, falsam illos Devotionem fovere asserimus; tum quia hæc illorum Devotio solet sibi fingere Deum absq; vera Christi, ejusq; Evangelij agnitione; tum etiam quia est hypocritica, quam Turcæ & Judæi quoq; in medio Turcismo & Iudaismo habere solent.

Granat. in
flor. cap. 1.
part. 7. de
Devotione.

III. His detectis, facilis erit erroris de gestu orantis refutatio. Nam cum vera devotio sit mentis & cordis, quam solus Deus videt, non verò corporis externus gestus, quem homo intuetur; in sola genuflexione

flexione vera devotio non consistet. Sicut evidentissimum hujus rei exemplum in Baalitis, (b) vivis coloribus depictum habemus. Qui in-
vocabant nomen Baal de mane, usq; ad meridiem; transliebant
altare devotissime, clamabant voce magna. Incidebant se juxta
morem suum cultris & lanceolis, donec perfunderent se sanguine, &
nihilominus in vanum omnia facta, edictus demonstravit.

IV. Oratio igitur ad nullos certos tanquam necessarios gestus al-
ligata est, quasi sine hisce Deo displiceat. Non enim (inquit Eucherius) est prescriptum quomodo corpus constituatur ad orandum, dum-
modo animus Deo presens peragat intentionem suam. Nam & stan-
tes oramus, sicut scriptum est, (a) publicanus de longe stabat; & flexis
genibus, sicut in actis (b) Apostolorum legimus; & jacentes, sicut dici-
tur, (c) lavabo per singulas noctes lectum meum, &c. Licetq; cuilibet
Christiano tuto hosce ritus imitari, si omnis tum necessitatis, tum ma-
joris efficacis & meriti persuasio falsissima, & in ipsum Deum con-
tumeliosa, procul animis ejiciatur.

CAPUT SECUNDUM.

De Orationis requisitis.

Primus Error.

Sufficit dicentem preces horarias, intentionem gene-
ralem habere servitium Divinum dicendi, cæterum non
refert, quamvis animus ejus ad alia divagetur.

REFUTATIO.

I. Pulcherrimè jam semetipsos fratres ignorantia produnt, quid-
nam per Devotionem, quâ sine Lutheranos preces fundere, professi,
intelligent, videlicet inanem boatum, sine mente demurmuratum &
recitatum. Sanè si hoc volunt, devotè orare, esse sine omni mentis
affectu orare, libenter utiq; concedimus, Lutheranos qui in spiritu &
veritate adorant, sine omni devotione precari.

II. Sed nos, qui longè aliter & multò melius ex sacris literis edocti
sumus, ut scilicet devotè oraturi ad precandum accedamus r. animo
curis (a) alienis vacuo, & conveniente reverentiâ (b) Majestatis Dei

B

imbuto,

b) 1. Reg. 18.
v. 26. & seq.

lib. 2. cap. 58.
comm. in
lib. Reg.

a) Luc. 18, 13.
b) c. 7. v. 61.
9. v. 40. &c.
20. v. 36.

c) Ps. 6. v. 6.

Tho. Aquinas oper.
tom. 7. in li.
4. sent. dist.
15. quest. 4.
art. 2.

a) Matt. 14.
v. 23.
b) Gen. 18. 27.
2. Sam. 7. 17.

imbuto, nec quicquam petere audente, quod ipse non mandet & per-
 mittat. 2. Ut precemur ex vero inopia nostræ sensu (c), & cum serio
 d) Rom. 10.3. impetrandi affectu. 3. ex fide (d), qua sine nulla Deo grata est precatio.
 Iacob. 1. v. 6. nec quicquam impetrat: Quicquid enim non ex fide (e) peccatum est;
 e) Rom. 14. v. 23. non externâ voce solum sed etiam interioris cordis (f) affectu & ge-
 Heb. 11. 6. mitu fieri debere devotam precationem inculcamus, & tuemur.
 f) Dan. 9. 18.

Pf. 51. v. 12. III. Probè autem, notandum, quod parum sibi constent Pontificij,
 modo aliquid asserendo, modo idem rursus negando. Certis enim ar-
 gumentis locum solitarium & obscurum orationi convenientissimum
 demonstraturi, hanc suæ assertionis rationem reddunt, ne cor per oculo-
 rum divagetur. Hic vero parum vel omnino nihil referre ajunt, si
 animus inter orandum hinc inde circumcursitet & terrestribus im-
 plicetur. Unde sequitur, si ulli unquam populo dictum illud Pauli-
 Rom. 1. v. 21. num; vani facti sunt in ratiocinationibus suis & obrenescunt cor
 cor insipiens eorum, cum se profiterentur sapientes; stulti facti sunt;
 sanè huic quam aptissime conveniet.

IV. Verum enim verò cum non adeo gravis sit oppugnatio, non o-
 peræ precium existimamus, hic diutius immorari, audiamus saltem
 ipsius Dei judicium de hujusmodi cultoribus: Propterea (inquit
 Esa. 29. v. 13. & seq. Jehovah) quod appropinquavit populus iste ore suo, & labijs suis ho-
 noraverunt me; cor autem ejus elongavit se à me, fuitq; timor, eorum
 quo timuerunt me, mandatum hominum edoctum. Propterea, in-
 quam, ecce ego addam ut mira faciam in populo isto: mira inquam &
 miraculum: peribit sapientia sapientium ejus, & intelligentia in-
 telligentium abscondet sese.

Secundus Error.

Sof. contra
 conf. Wurt.
 Fab. Incarn.
 in scrut. Sa-
 cerd. part. 1.
 tract. 2.

Horæ canonicæ non tantum sunt instructio populi
 & doctrina, sed etiam merito & efficacia hujus operis
 mitigatur ira Dei & satisfit pro peccatis,

REFUTATIO.

I. Inter precandi leges non postrema censenda est, ut precaturi
 a) Luc. 18. 13. omnem propriæ dignitatis opinionem (a) exuamus, & contra cum hu-
 mili

mili atq; ingenuâ peccatorum nostrorum (b) confessione ad misericordiam Dei confugiamus, veniamq; deprecemur. Non enim est causa de qua agitur seu ad orandum impellens, ut preces Deo & Sanctis (ut Iesuitæ volunt) tanquam meritum obrudamus, sed ut mandato Dei (c) obsequentes, promissionis ejus dulcissimæ ac liberalissimæ (d) participes reddamur, & ex periculis, quæ varia ac multiplicia vicibus nostris imminet, eripiamur.

II. Exremè impiam igitur & blasphemam hanc papicolarum asseritionem explodimus & rejicimus. 1. Quia veræ orationis definitioni nullo modo competit. Nam in ea certè quid à Deo petimus, non tanquam meritum obrudimus. 2. Quia confertur id nostris viribus, quod est proprium filij Dei incarnati; Solus enim (e) Iesus Christus, unâ solâ obedientiâ, meritoq; mitigavit & placavit iram patris, impetravit gratiam & satisfecit pro peccatis.

III. 3. Quia falsa dicta quædam scripturæ, ad terrum hunc & horrendum suum errorem constabiliendum detorserunt. Nam cum orationibus piorum ira Dei placari dicitur, (a) illi orationem hoc ex opere operato & dignitate suâ impetrare existimant. Sed fallunt & falluntur: Longè enim alia est sententia, p̄j enim afflictionibus vel suis vel alienis excitati, & sentientes tam carnis quam fidei suæ imbecillitatem, ac metuentes ne in adversis sit pereundum, properant ad Invocationem nominis Dei & ad preces, non hoc consilio, ut merito seu eloquentiâ seu querelâ suâ mitigent severitatem Dei, sed ut admoneantur de Evangelio Christi, quo annunciatum nobis gratuita peccatorum remissio propter Christum, & de reliquis promissionibus, quibus Deus se varia beneficiorum genera tam corporalia, quam spiritalia propter filium suum in nos collaturum pollicetur.

IV. Relinquitur ergò precationem nec ex se, nec ex Christo habere, ut ipsa per se expiet peccata & mitiget iram Dei, sed esse tantum opus, quo revocamus in mentem Evangelion de Christo unico, & verò propiciatore, ut ex eo confirmemus fidem: & quia Deus invenit in nobis Christum filium suum per fidem, teneri non potest, quin in In-

b) Dan. 9.
Psal. 51.

c) Ps. 50, 15.
Matt. 6, 68.
9. c. 26, 41.
c. 7. v. 9.

1. Theff. 5, 17.
Luc. 11, 9.

d) Ps. 144, 18.
Matt. 11, 28.

e) Esa. 63, 3.
c. 43. v. 25.
c. 53. v. 5.
1. Ioh. 1. v. 7.
c. 2. v. 2.

a) Mar. 9, 29
Act. 10, 4.
Iacab. 5, 15.
Brentius in
Apol. Cont.
Sotum.
part. 1.

vocantes ipsum effundat omne genus beneficiorum liberalissimè, non propter Invocationis meritum, sed propter meritum Christi.

Tertius Error.

Praxis Ro-
mana Eccl.
viva & freq.

Adoratio soli Deo, invocatio autem etiam Sanctis competit.

REFUTATIO.

I. Memoriam Sanctorum gratà celebratione venerandam plurimis dictis & illustribus exemplis (a) scriptura deprædicat; Inprimis verò Marc. 11. v. 32. Matth. 21. v. 26. populi studium commendatur, quod de Baptista etiam post mortem honorificè censeat, fuisse eum Prophetam non humanà sed divinà auctoritate missum. Quod ipsum à ξίωπα verè Theologicum pontificij pro more suo in alienum sensum detorquere, sub eoq; omnes suas superstitiones occultare conati sunt.

II. Ne tamen Sanctis Divinos honores (quod revera faciunt) tribuere videantur, male imò pessimæ causæ patrocinia, quæ specimen honesti habent, quærunt, ut scilicet à vero negotij statu, & ab eo quod in controversiâ positum est, homines ad alia quædam, quæ aliquantò magis plausible & speciosa sunt abducant; videlicet Sanctos honorandos ac venerandos esse, se docere ac defendere.

III. Idem & nos, non quidem propter hominum traditiones, aut cujuscunq; temporis consuetudinem, sed quia testimonia & fundamenta in sacris literis habet, asserimus atq; tuemur. Sed crassas admodum & pudendas illi sub hisce divorticulis, superstitiones forent. Sic enim inferunt; Si Sancti sunt venerandi; Ergò sunt invocandi; E. suffragia, patrocinia, merita, protectiones & auxilia Sanctorum sunt imploranda. Perelegans mehercule consequentia. Quasi verò Sancti non aliâ ratione ac viâ quam invocatione venerari & honore affici possent.

IV. Reducit autem Apologia confessionis nostræ, scriptura sententiam de honoribus Sanctorum ad hæc tria capita. 1. Ut Deus in Sanctis (a) celebretur, quos dum mittit peculiaribus donis instructos, testimonia de se ostendit. Cujus exemplum Paulus, electum illud Dei organum

a) Matt. 5, 16
Eph. 4. v. 7.
Psal. 105, v. 5.
Gal. 2. v. 8.
1 Cor. 6, v. 36.

organon Gal. 1. v. 24. proponit; recitatâ enim suâ conversionis hi-
 storiâ, hoc elogium addit; Et glorificabant in me Deum; neq; tamen
 populus ibi Paulum pro Deo coluit & adoravit. 2. Ut dona illorum
 amplificentur, (b) & Sancti ipsi laudentur, qui donis illis fideliter usi
 sunt, sicut Christus, ipse laudat fideles negociatores. 3. Ut virtutes i-
 psorum ad imitationem (c) proponantur. Ubi jam Sanctorum invo-
 catio? Nulla est. Sed solus Deus invocandus, colendus, & adorandus
 est. Quod cum in Disput. 2. demonstratum, non eadem hic repe-
 temus, sed brevitati studentes lectorem eò remittimus.

b) Luc. 1, 76.
 Matt. 11, 11.
 1. Cor. 15, 10.
 Matt. 25, 23.
 Luc. 1, 42.
 c) Phil. 2, 15.
 Ebr. 13, 7.

V. Quod verò tam acurate inter adorationem & Invocationem
 distinguant Jesuitæ, maximè demirandum, cum S. scriptura non solum
 adorationis, verum etiam invocationis vocabulum promiscue Deo
 (a) tribuat.

a) Ps. 50, 15.
 Ps. 145, 18.
 Matt. 4, 10.

Quartus Error.

Intercedunt ad Deum pro nobis Sancti & meritò, dum
 illorum merita suffragantur nobis, & affectu, dum vota
 nostra cupiunt impleri. Oramus igitur ut intercedant pro
 nobis, id est, ut merita illorum nobis suffragentur, & ut
 ipsi velint bonum nostrum, quia eis volentibus; Deus
 vult & ita facit.

Communis
 omnium
 sententia &
 praxis viva.

REFUTATIO.

I. Nihil omninò se Esavitæ Romanenses, acerrimè licet Sanctorum
 invocationem tueantur, efficere animâ vertentes, novis quibusdam
 coloribus hanc suam assertionem pingere & Sophisticis fucis incrusta-
 re & occultare conantur. Dicunt enim Sanctos tantummodò ut in-
 tercessores apud Deum invocari, ut suis intercessionibus & meritis à
 Deo nobis, qui indigni sumus, ea quæ petimus impetrent & obtineant,
 sed & hoc scripturæ adversari planum faciemus.

II. Primò enim ad gloriam Sacerdotij Christi pertinet etiam officium
 intercessionis, (a) ut scilicet propter intercessionem & merita ipsius
 exaudiamur, recipiamur, juvemur. Quod verò viventes in hoc secu-
 lo, jubentur pro se invicem (b) intercedere seu interpellare, longè alia

a) Ro. 8, 34.
 1. Ich. 2, 1.
 Ebr. 7, 17. c.
 9. v. 15.
 b) 1. Tim. 2.
 v. 1.
 Rom. 15, 30.

& di-

& diversissima est ratio. Nam certum est tali intercessionem nihil omnino derogari officio Sacerdotij Mediatoris Christi, cum nulla meriti persuasio adjiciatur.

III. Deinde Scriptura ad illam intercessionem apud Deum, quam soli Christi *μεσίτης* *ἡμῶν* *ἵνα* *ἡμῶν*, seu proprium & peculiare Sacerdotij ipsius officium tribuit; duo potissimum adjuncta requirit & desiderat. Primum, ut is cujus intercessio Deo grata, nobis verò salutaris & meritoria esse debet, expressum habeat Dei testimonium, & sic à Deo ipso nobis sit propositus, undè certò statuamus, Deum velle invocantes per & propter hunc propitiatorem exaudire, votiq; compotes reddere. De nullo autem Sanctorum tale illustre testimonium legitur, sed de solo Christo, ^(a) quem Deus pater ipse constituit Pontificem, Mediatorem, Advocatum & intercessorem. Ergò.

a) Luc. 2, 31.
Rom. 3, 25.
1. Tim. 2, 5.

IV. Alterum quod in Mediatore requiritur est, ut ipse Advocatus seu Intercessor prius sit in gratià perfectè sanctus & Iustus, adeò ut pro ijs, quorum vult esse intercessor sufficienter satisfacere, Deum iratum pacificare & reconciliare possit. Concurrent itaq; & quasi in unum coeunt, officium redemptionis & intercessionis, adeò, ut dignitatem virtutem seu efficaciam intercessio, ex meritis redemptionis

a) Rom. 3, 4.
& 23.
1. Ioh. 1, v. 8.
& 10.
b) 1. Tim. 2, 5
1. Ioh. 1, 7.
cap. 2, v. 2.

sumat & accipiat. Cum autem nullus Sanctorum perfectè justus ^(a) nec pro sui ipsius nedum aliorum satisfecerit peccatis, sed solus Christus, qui est Sanctitas & Iustitia ipsa, ^(b) semetipsum dederit *ἀντιπαι* *ῥῶν* pro omnibus omnium hominum delictis & transgressionibus, sequitur solius etiam Christi Mediatoris seu intercessoris officium proprium esse, & ad sacerdotium ipsius solum spectare.

V. Instant autem pontificij, rationes quasdam sed planè ridiculas adferentes, quare præter Christum etiam Sancti ut Mediatores invocandi sint, quia scilicet Christus durior rigidior & asperior sit: Sancti verò magis propitij, clementes & misericordes, imò ad exaudiendum & juvandum promptiores, ut qui easdem calamitates in carne ipsi etiam perpepsi sint. Verum enim verò hæc ipsa ratio Sanctos in officio Medi-

Mediatoris non tantum Christo adjungit, sed manifesto praeferit, & sic ipsi spiritui sancto (a) in os contradicit & repugnat.

VI. Paripassu etiam claudicat, quod dicunt peccatores etiam si poenitentiam agant, non audere ad Christum Mediatorem accedere; cum ipse Salvator omnes dulcissimâ voce ad se invitet (c) & promissione polliceatur suavissima, se eum, qui ad se venerit non ejectionum foras. Hinc jam luce meridianâ clarius evadit, quale purum putum pigmentum, & in preciosissimum Salvatoris nostri meritum contumeliosum, particularum de intercessione Sanctorum dogma existat. Reliqua quae in medium pro hoc errore constabiliendo proferunt, adeo absurda sunt, ut relatione non sint digna.

a) Ebr. 2, 17.

c) 4. v. 15.

c) Matt. 11.

v. 28.

Ioh. 6, 37.

Quintus Error.

Pro defunctis orandum est; Nam illi vigilijs & precibus juvari liberariq; possunt.

Praxis Romanae Ecclesiae viva.

REFUTATIO.

I. Certam Salvator noster Iesus Christus precandi formulam praescribens, res petendas in bona corporalia & spiritualia divisit, quorum haec sine conditione, secundum promissionem Evangelij omnibus credentibus in filium datam petuntur; Illa vero cum conditione, ut exempla (a) sacri codicis evincunt: Nullam autem orationis pro defunctis fundendam mentionem fecit.

a) 2. Reg. 15. v. 25.

Dan. 3. v. 12.

Luc. 5. v. 13.

Luc. 22, 42.

II. Sufficeret itaq; Oratione Dominicâ ceu lege precum, ad hunc particularum tetrum errorem respondisse. Verum cum eo sibi forsitan non satisfactum, conqueri possent, sequentes rationes subjungemus.

III. Et primo quidem impiae sunt pro defunctis factae preces, quia auctoritate verae canonicae scripturae carent ac deserviuntur; Nullum enim mandatum, exemplum aut promissio de ijs extat. Non esse autem instituendus cultus in Ecclesia sine verbo & auctoritate Divina. 2. illae preces pro defunctis fusae non sunt ex fide, quae ex auditu (a) per verbum Dei est. Quicquid autem non ex fide (b) peccatum est, nec potest (c) Deo placere.

a) Rom. 10. v. 7.

b) c. 14. v. 23.

c) Ebr. 11. v. 6.


IV. 3. Frustratae quoque sunt, quia defuncti aut verâ fide in Christum


stum, aut sine fide discesserunt illi, scilicet credentes, à morte in vitam
1) Ioh. 5. 24. eternam (d) transferunt, & jam cum Christo sunt, ad quid igitur pro
Luc. 16. 22. illis oratur? Hi verò sc. increduli, ut pote supra quos ira Dei manet,
e) Luc. 16. v. perpetuis (e) inferni tenebris addicti sunt, nec ulla re judari liberariq;
23. possunt. Frustraneæ etiam, quia conductitiæ, pro certâ mercede & sic
sine devotione piâ peraguntur & recitantur.

V. Contrâ insurgunt Papicolæ, auctoritatem D. Lutheri & Phi-
lippi in medium producentes, qui (f) Orationem pro mortuis appro-
bent. Sed si penitius eorum mentem inspe xerimus, nihil inde pro hoc
errore defendendo elici posse, nisi prorsus alienum ipsi sensum affinge-
re velimus, experiemur. Nam hoc tantum volunt, quia scriptura ni-
hil eorum meminit, licere ex liberâ devotione mortuis letam resurre-
ctionem, quietem eternam precari; illosq; beatos dicere.

VI. Memoriam autem amicorum defunctorum retinere, & pro
ijs, quasi in purgatorio detinerentur ipsorum animæ, orationes fun-
dere, ne in minimo quidem inter se conveniunt. Ideoq; suprâ citatis
verbis statim sequentia subiiciuntur: Vigiliæ, & Missæ pro anima-
bus, anniversaria in papatu prorsus sunt inutilia, imò sunt Diaboli
nundinationes.

VII. Nos igitur qui verè Christum Iesum diligimus, qui ejus sum-
mum, quem à patre solus accepit, honorem saluum esse, ipsiq; integrum
perpetuò manere exoptamus: qui in peccatorum veniâ cæterarumq;
rerum necessariorum petitione repulsam turpem, perniciosam, planeq;
exitialem ducimus: qui deniq; ipsos Sanctos Dei falsi honoris, illegi-
timæ invocationis ac furtivæ venerationis ignominia afficere exhor-
rescimus, ad ipsorum Sanctorum & nostrum omnium unicum advoca-
tum Iesum Christum, thronum gratiæ cum fiducia accedamus, ipsum
precibus nostris fatigemus, qui illis exaudiendis nunquam defatiga-
tur. Tum equidem cum omnibus Sanctis, ejusdem omnium sanctorum
advocati, pro nobis intercedendi ad caelestem patrem officio &
beneficio paratissimi, gloriam, & vitam, eternam
consequemur, Amen.





Mediatoris non tantum Christo adjungit, sed man
ipfi spiritui sancto (a) in os contradicit & repugna
VI. Pari passu etiam claudicat, quod dicunt
pœnitentiam agant, non audere ad Christum Meo
cum ipse Salvator omnes dulcissimâ voce ad se in
sione polliceatur suavissima, se eum, qui ad se veni
foras. Hinc jam luce meridianâ clarius evadit, q
figmentum, & in preciosissimum Salvatoris nostri
liosum, papicolarum de intercessione Sanctorum d
liqua quæ in medium pro hoc errore constabiliendo
surda sunt, ut relatione non sint digna.

Quintus Error.

Pro defunctis orandum est; Nam illi
cibus juvari liberariq; possunt.

REFUTATIO.

I. Certam Salvator noster Iesus Christus prece
scribens, res petendas in bona corporalia & spirit
rum hæc sine conditione, secundum promissionem
credentibus in filium datam petuntur; Illa verò
exempla (a) sacri codicis evincunt: Nullam autem
functis fundendæ mentionem fecit.

II. Sufficeret itaq; Oratione Dominicâ ceu lege
picolarum terrum errorem respondisse. Verum cu
satisfactum, conqueri possent, sequentes rationes

III. Et primò quidem impia sunt pro defunctis
auctoritate veræ canonicæ scripturæ carent ac des
enim mandatum, exemplum aut promissio de ijs ex
tem instituendus cultus in Ecclesia sine verbo & a
2. ille preces pro defunctis fusæ non sunt ex fide
per verbum Dei est. Quicquid autem non ex fide
nec potest (c) Deo placere.

IV. 3. Frustraneæ quoq; sunt, quia defuncti au

& sic
a) Ebr. 2, 17.
c. 4, v. 15.

transi
dere;
omif- c) Matt. 11.
urum v. 28.
utum Joh. 6, 37.

Re-
led ab

ore- Praxis Ro-
IV manæ Ec-
clesiæ viva.

pre-
quo-
nibus

e, ut
o de- a) 2. Reg. 15.
v. 25.
Dan. 3, v. 12.
c pa- Luc. 5, v. 13.
non Luc. 22, 42.

quia
illum
au-
vinâ.
cu (a) a) Rom. 10.
v. 7.
est c) b) c. 14, v. 23.
c) Ebr. 11, v. 6.

Chri-
stum

